

## Werk

**Titel:** Dissertatio Inauguralis, De Sacri Romano-Germanici Imperii Matricula

**Autor:** Mauritius, Ericus; Wernberger, Johannes

**Verlag:** Reumannus

**Ort:** Kiloni[i]

**Jahr:** 1667

**Kollektion:** VD17-Mainstream

**Gattung:** Dissertation:jur.

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN752286307

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN752286307>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=752286307>

**LOG Id:** LOG\_0003

**LOG Titel:** Prooemium.

**LOG Typ:** preface

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## PROOEMIUM.

**A**nnus, & quod excurrit, nunc agitur, quum de gravitatis pariter ac utilitatis plenissimâ hâc materiâ dissertationem conscribere Academicam animum induxisssem; sed semper me cum ipsa rei difficultas, tum vel maximè, summa judicii mei tenuitas deterrebant: Interim tamen fidelissimi Amplissimi Domini Præsidis, Præceptoris mei nunquam satis Venerandi, ea de re mecum collati sermones animum addidère, ut denuo dissertationi præsentì manum admovere non dubitarem. Potuissè me quidem, imò verò debuissè et quæ utile in foro argumentum dissertationis præsertim inauguralis (ceu vocant) ex juris nostri privati (uti primitus animus erat) quàm publici potius fontibus haustum, in medium proponere, ingenuè fateor, cum & juris illius pleraquæ eximiâ se utilitate commendent. Sed quicquid hujus sit, ad cœpti tamen laboris curam reverti, quam novum suscipere malui. Cui instituto causam præbuit primùm illud, quod & disputationis propositæ haud pauca variis hinc & illinc probationibus ex juris nostri locis petitis indigeant. Quam in rem integer titulus in jure Digestorum, de albo nempe scribendo, reperitur conceptus, ne dicam aliquot insuper leges de albo corrupto tit. D. de Jurisdictione, & ejus generis alias materia nostra inservientes, tribus posterioribus libris Codicis

## PROOEMIUM.

Codicis esse insertas. Altera & illa quidem praeipua causa hac erat, quod longè major eorum in publicum usus sit, quae ad ipsam Imperii nostri Romano-Germanici rationem propius aliquantò pertinent. Quae sunt omnia, quae Juris publici nomine in Imperio nostro veniunt. Etenim illa, quae juris privati sunt, singulorum ac plerumq; inferioris conditionis civium commodum spectant; istorum verò non paulò alia conditio est, quod universos nimirum & ipsos Imperii Principes & Status afficiant. Placuit autem praere reliquis de Imperii Romano-Germanici MATRICULA exactius non nihil inquirere, quod disceptationis materiam ea non Statibus solum invicem praestet gravissimam, sed & Comitibus propemodum singulis non aliud temere argumentum Imperii Proceres magis exercent. Quod si non ubiq; votis lectorum satisfecero, vel hoc ipsum, quod primus difficile argumentum, ac nulli, quod sciam, tentatum haecenus, aggressus sim, venia loco erit, quando & illud laudem habet, in arduis aliquò prodire tenus, si non datur ultra. Quod autem ut votis secundis succedat, devotissimè mente Dei T. O. M. supremi omnium honestiorum literarum Praesidis, auxilium imploro.